



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXXII. Ludwig der Römer befreiet das Kloster Marienwalde und seine Gutseingesessenen auf zehn Jahre von allen Abgaben, am 3. Juni 1352.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

quiete et pacifice possidendum. Presentibus H. et G. filio suo de Swartzburg, Johanne de Kothbuis, Lochen, Loterpeck, Ost, Johanne de Wedel, Ottone Morner preposito Soldinenfi, cum ceteris. Datum Anno MCCCLII. feria VII<sup>a</sup>. ante dominicam reminiscere, Soldin.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staats-Archives f. 185.

XXXII. Ludwig der Römer befreit das Kloster Marienwalde und seine Gutseingesessenen auf zehn Jahre von allen Abgaben, am 3. Juni 1352.

Ludovicus Romanus etc. honorabili viro fratri heinrico Abbati vel qui pro tempore fuerit et conventui monasterii Marienwolde, ordinis cisterciensis, Caminensis dioeceseos, devotis suis dilectis gratiam et omne bonum. Ad relevandum egestatis et inopie onera, quibus vos perplexos fore novimus, vos et vestros subditos colonos et pauperes quoscumque in bonis vestri monasterii residentes a festo beati martini proxime veniente ultra per decem annos continuos ab omni donacione et onere cuiuscunque servitutis et tallie qualitercunque nominate nobis faciente, precariis denariorum et frumenti et servitio curruum, presentibus liberamus, sic quod nec nobis nec ulli officiatorum nostrorum ad aliquam donacionem, nec servitum, dictis decem annis durantibus aliquatenus teneantur. Volentes eciam quod homines et rustici novalium vestrorum, si qua alias excolueritis et plantaveritis, istis decem annis in vestra proprietate sine lesione qualibet eciam ipso durante tempore gaudere predicta libertate gracia potiri potuerint et debebunt. Si tamen contingat, nos infra spacium predictorum annorum stare in castris et expeditionibus nostrorum vasallorum contra inimicos nostros, ad expeditionem nostram cum subsidio indigeamus abbatis claustrum et monasterii predicti, id nostre voluntati et gracia libere reservamus. Propterea ob reverenciam omnipotentis dei et salutem animarum nostre et progenitorum nostrorum ad emendacionem vestri claustrum omnia jura et libertates, que vel quas ab antiquis olim marchionibus predecessoribus nostris habuistis, vobis presentibus nunc deo famulantibus ac futuris presentibus confirmamus. Infuper eciam volumus, si predicti abbas et fratres aliqua bona in proprietatibus suis emerint et redimerint in futurum, quod eadem bona sub omnibus iuribus, gracijs et honoribus supra dictis debebunt pacifice sempiternis temporibus possidere. Presentibus Hinrico et Gunthero comitibus de Swartzburg et Johanne Kothbuis. Datum Tankow, Anno MCCCLII., in die trinitatis.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 88.